per consequens angulum quæsitum S. P.Z. 42. 29′. 59″. Quia ex hypothesi expressè quadrante minor declaratur, alioquin nisi ejus daretur species, foret (ex prima cap. 3. & quinta sect. hujus cap.) incertus: potuit enim aliter fuisse 137. 30. 1. Habebis etiam sic angulum I. Z. P. 37. 13′. 2″. quo ex I. Z. S. 157. 38′. ii. ablato, relinquitur reliquus quæsitus angulus P. Z. S. 120. 24′ 49″. Habebis denique & I. P. 63. 33′. 31″. quo ex I S. 132. 33′. 31″ ablato, remanet quæsitum latus P. S. 69.

Easdem etiam metas attinges si beneficio perpendicularis Z. M. primi schematis, partium logisticen quæsiveris.

Admonitio.

PRæcedentis tertii & hujus quarti exemplorum imitatione octodecim variæ solvuntur hujus & cujusque trianguli quæstiones. Ex datis enim (ut in tertio exemplo) elevatione poli, altitudine solis, & hora diei, habetur primò plaga solis, secundò angulus positionis solis, tertiò declinatio solis. Item datis (ut in hoc quarto exemplo) elevatione poli, altitudine solis, & angulo positionis solis, habetur quartò plaga solis, quinto hora diei, sextò declinatio solis. Item datis altitudine solis, declinatione solis, & hora diei, habetur septimò angulus positionis solis, octavò plaga solis, nonò elevatio poli. Item datis altitudine solis, declinatione solis, & plaga solis, habetur decimò angulus positionis solis, undecimò hora diei, duodecimò elevatio poli. Item datis declinatione solis, elevatione poli, & angulo positionis solis, habetur decimotertiò plaga solis, decimoquartò altitudo solis, decimoquintò hora diei. Item datis declinatione solis, elevatione poli, & plaga solis, habetur decimosextò hora diei, decimoseptimò angulus positionis solis, & decimo-octavò altitudo solis.

Quin-

Quintum exemplum duorum datorum angulorum, quorum quadranti propinquiorem latus datum subtendit.

TRianguli P. Z. S. primi schematis, dentur anguli P.S. Z. 31. 6′. 5″. & eo quadranti propinquior S. P.Z. 42. 29′. 58″. cum latere Z. S. 47. hunc subtendente. Ex quibus P. S. Z. & S. Z. habetur (per nonam quarti hujus) perpendicularis Z. M. 22. 11′. 47″. & cæteræ partes quadrantalis S. Z. M. scilicet M. Z. S. 67. 38′. ii. & M S 42. 33′. 31″. Sicut & ex perpendiculari hoc cum dato Z.P. S. seu Z.P. M. angulo, habentur partes omnes quadrantalis Z. M. P. Scilicet primò latus quæsitum P. Z. certissimè enim scitur hoc (per 2. sentent. cap. 3. hujus) minus quadrante, videlicet esse 34. non autem esse 146. Deinde habetur P. Z. M. 52. 46′. 38″. quo ad S. Z. M. 67. 38′. ii. addito, fit quæsitus angulus P Z. S 120. 24′. 49″. Vltimò habetur P. M. 26. 26′. 29″. quo ad M. S. 42. 33′. 31″. addito, fit reliquum latus quæsitum P. S. 69. Has etiam ipsas partes aliter (si mavis) ex duobus proximè præcedentis Schematis quadrantalibus Z. I. S. & Z. I. P. acquirere poteris.

Sextum exemplum duorum datorum angulorum, quorum quadranti minus propinquum subtendit latus datum, magis autem propinquum subtendit latus datæ tantum speciei.

TRianguli P. Z. S. primi Schematis dentur anguli Z.P. S. 42. 29′. 59″. & eo quadranti minus propinquus Z. S.P. 31. 6′. 5″. cum cum subtendente latere P. Z. 34. Deturque quod angulum Z. P. S subtendens, (scilicet latus Z. S.) sit speciè minus quadrante. Ex his datis quæratur perpendicularis Z M. 22. 11′. 47″. & cæteræ quadrantalis P.Z.M. partes, scilicet P.Z.M. 52. 46′. 38″. & P.M. 26. 26′. 29″. Sicut & ex perpēdiculari hoc cū dato Z.S M. seu Z.S P. 31. 6′. 5″ quærātur partes omnes quadrantalis Z M.S. scilicet primò latus optatū Z. S. 47. quia ex hypothesi expressè quadrante